

**22. D. Willdenowiana** Kränzlin. — *D. glauca* Fawcett et Rendle, Orch. Jamaica (1910) 138, t. 30, fig. 13—16; Cogn. in Urban, Symb. Antill. VI. (1909—1910) 674 (non Lindl.). — Radices satis longae, crassae, albae. Caules elati, singuli vel pauci, ad 50 cm alti vel imo altiores, substricti, e rhizomati brevi orientes, distantes foliati, foliis nunquam imbricantibus, vaginae compressae, carinatae, 4 ad 4,5 cm longae, laminae oblongae vel ligulatae, subacutae, apiculatae, 5 ad 8 cm longae, 1,0 ad 1,5 cm latae, caducae, subtus argute carinatae. Flores singuli, axillares, pedunculi 2,5 ad 3 cm longi, tenues, basi vagina longa vestiti, bractea ovata, acuta, 2 mm longa et lata. Sepala libera, ovata, acuta, lateralia basi leviter excavata. Petala subaequalia, ovata, acuminata, omnia 7 ad 8 mm longa, 4 mm lata. Labellum e basi cuneata valde dilatatum, toto ambitu rhomboideum, utrinque acutangulum, angulis plus minus productis, leviter retrorsis, discus basi callo minutissimo rotundo praeditus, tota superficie minute velutinus, totum 7 ad 8 mm longum et paulo latius, subtus sub apice obscure carinatum. Gynostemium crassiusculum, leviter pubescens, androclinium late ampleque marginatum, ligula infrastigmata parva, acuta. »Capsula oblonga, obscure trigona, laevis, ad 4,5 cm longa.« Flores albi, suaveolentes, mox decidui. — Fl. Julio, Augusto. — 4 F: a—e.

Zentralamerikanische und westindische Provinz. Mexiko, Villa Alta de Bataza (Hartweg n. 516! e. p.), Jalapa, Provinz Oaxaca (Galeotti n. 5078!); ohne Standort (Schiede n. 45!, Hartweg n. 46!). — Jamaica (nach Rendle); Cuba, San Domingo (nach Cogniaux!).

Nota 1. Species cum *D. glauca* Lindl. saepius confusa ab illa tamen habitu et floribus majoribus, plerumque sterilibus deciduis facile distinguenda. Primus cl. Willdenow in Spec. pl. IV. 4. 96 characterem essentialem *D. glaucae* exposuit et »folia imbricantia« esse docuit.

Nota 2. Sub numero 516 plantarum Hartwegianarum occurrunt etiam specimina *D. trichocarpae* Lindl. ab hac specie diversissima.